



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

Crombach, Hermann

Coloniæ, 1645

Caput 13. Castitatis inuiolatè seruandae studium & fuga mulierum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14591

ciffimè & cautiffimè loquar, verba inutilia, otiofa, non fatis honefta, aut aliquam turpis rei memoriam ingerere apta, diligentiffimè cauebo.

6. Ante preces & maximè ante diuinum officium feu publicè feu priuatè legendū, femper conabor instituta aliqua mentis collectione animum ad pietatem & deuotionem præparare, cogitans breuiter opus hoc effe vocationi & functioni proprium, ideoq; diligèter fideliterq; exequendum, vt Deo placeat, & proximis proficit.

*Oratio
præparatoria.*

C A P V T XIII.

*Castitatis inuiolatè feruanda ftudium,
& fuga mulierum.*

A Vreolam Virginitatis incorruptam feruare cū Dei gratia follicitè laborauit à teneris, gnarus quòd *incorruptio proximum facit Deo*, redditq; mortales fimiles cœlitibus, imò terrestres quosdam Angelos efficit, mentemque præparat & accommodat ad diuinæ sapientiæ dona copiosius recipienda. Ideo sanctiffimam **DEI Genitricem MARIAM, S. Vrsulam, S. Custodem Angelum, Præsides**

*Mediæ
castitatis
cōferuandæ*

tuto-

tutoresque castitatis inuocabat assidue, quotidie rem diuinam factitabat, hauriebatque *Vinum germinans Virgines*. Sensus etiam suos arctâ custodiâ sepiebat, ne qua hosti pateret rimula, carnem ieiunijs emaciabat, affligebatque verberibus, vt multo tempore quandoque cum S. Thoma Aquinate expers cogitationis vel commotionis inhonestæ videretur, accedebat otij fuga, continuus studiorum labor & mentis in Deum defixio, quæ non sinebat animum vagari distrahiq; vanâ vel otiosâ, taceo turpiore cogitatione. Mulierum verò familiaritatem quàm cautè declinarit, verbis satis nequit explicari: multis annis ideo familiam domi non aluit, sed coctos & paratos è domo vicina cibos accipere solitus est, ne mulierem admittere cogeretur. Ac licet postremis annis sororem domum receperit, nunquam tamen vel ipsam vel aliam sequioris sexûs intra limen cubiculi pedem inferre passus est; imò ne vel obiter à longè inspicere sustinebat, tapete ostio præfixo, demissoq; prius, quàm id referaret; solus extremus morbus extorsit licentiam sorori permittendi ingressum,

Ofor mulierum.

sum, vt eius operâ necessarijs in rebus v-
 teretur. Sed licet importunè quædam
 Matronæ, quibus à Confessionibus fue-
 rat, idipsum flagitarent, constanter o-
 mnibus negauit, & ostio præfigendam i-
 licò curauit hanc epigraphen: *Mulierum in morbo.*
pedes foras sunt. Sacerdoti quoque, quem
 muneris sui Vicarium designarat, in
 mandatis dedit, omnes vt inde procul ar-
 ceret (extra sororem) fœminas, & qui-
 buscunque posset modis, honestè dimit-
 teret, quamdiu sensuum & mentis com-
 pos esse notaretur, quamuis vbi demum
 extremus agon vim sentiendi sustulisset,
 orandi gratiâ viros & fœminas non tan-
 tum intromitteret, sed & inuitaret. Hac
 tam vigili custodiâ iam inde ab ineunte *Castitatē*
 ætate virginitatem seruauit integram & *seruauit*
 inuiolatam, vt ipse quadam in clausula *inuiolatā*
 tabularum testamentariarum anno 1639.
 25. Iulij confectarum, scriptum reliquit
 his verbis: [Capulo seu tumbæ nulla im-
 ponantur ferta vel corollæ. Si insigne re-
 quiritur Virginitatis, (quam hæctenus
 per Dei solius gratiam seruauit integram,
 & per eandem, vti spero, in diem mortis
 illibatam D E O Creatori meo offeram)
 acci-

accipiatur pannus albus, id est, nullo tinctus colore, sed candidus & niucus, isque satis laxus, ut insterni possit capulus. Permitto tamen 16. ad summum fersa imponi per modum crucis, id est, decem pro linea recta, sex pro transversa.] Sed ne vanè gloriari de ea virtute videretur, ultimis tabulis causam candidi operimenti tumbræ prætermisit; constat verò postremis annis vitæ magnū ad tēporis illius perfectionem cumulum virtutum adiecisse, ac indies magis magisque fuisse sollicitum, ne tanti thesauri nimia sui præsentia (quod etiam sanctissimis viris nouerat euenisse) naufragium in portu faceret.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

C A P V T XIV.

Puritas mentis & horaria adspirations.

Nec minùs mentis puritatem, quàm corporis integritatem sectabatur, sollicitus non tantùm ut grauiora, sed ut ne leuiora quidem sciens prudēs patraret errata. Non inanis est præsumptio, cum innocentiam conseruasse saluâ baptismali gratiâ, nec eam per lethale peccatum perditam, multum ad naxos etiam leuiores